



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Annus Cisterciensis**

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis


**Meglinder, Joseph**

**[S.I.], Anno MDCLXXXIII.**

19. Novembris. 13. Cal. Decemb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

## 398 ANNI CISTERCIENS.



19. Novembris. 13. Cal. Decemb.

**Floruit** B. JOANNES Abbas B. Mariæ de  
**circa** B. Salseda in Hispania: qui non so.  
**annum** lùm dignitatem sed totam Cistercien.  
**1300.** sem familiam magnitudine virtutum

ac eruditionis illustravisti, promeritus  
 in cœlis coronam, & apud posteros  
 celebrem memoriam. Erubescere cogi-  
 mur nos Christiani ne dicam Religionis af-  
 feclæ, cùm fortè in historijs priscis legimus,  
 ad grandia facta incitatos fuisse antiquis  
 heroes solo glorie terrenæ desiderio, nos re-  
 rò jacemus desides, cum nobis pro labore  
 modico promissa sit æterna felicitas.

**Floruit** B. ELISABETH Montis Cornelii  
**circa** monialis: quæ consilio S. Julianæ reli-  
**annum** ctis Beghinis, inter quas juventutem  
**1256.** transfereras, Cisterciense Institutum

amplexa, ad altum perfectionis gra-  
 dum in tantæ virginis individuo con-  
 sortio concendi: eo maximè felix,  
 quod omnium ejus æruminarum &  
 persecutionum particeps ingentium  
 meritorum manipulos collegeris, &  
 ipsa præsente ex hac vita migraveris.  
 Cùm enim loci Abbatissâ vidisset,  
 quod Julianæ tui in vivis amantissima  
 nullas pro te ex Ordinis more preces  
 funderet, durius ipsam increpuit: at

Beata

Beata modestè reposuit injuriam irrogari regnantibus in cœlo, si pro ipsis, tanquam ope mortalium indigentibus apud DEUM intercedatur. Imperatra mihi à Deo amorem veræ patientiæ: cùmq; leves hujus vitæ miseras malignus intolerabiles esse mihi persuadere voluerit, tu contrà æternæ gloriae pondus oppone, quod utique dignum est emi modico dolore.

S. BERNARDUS, s. i. in cap. jejun.  
Quidni caput suum membra sequantur? si bona suscepimus ab hoc capite, patientia autem quare non sustineamus? An respuere tristia volumus, & communicare jucundis? si ita est, indignos nos capit is hujus participatione probamus.



20. Novembris. 12. Cal. Decemb.

S. BERTRANDUS Grandis - Sylvæ Floruit Abbas: qui veluti rutilans Galliæ anno sidus, sanctimoniacæ radios longè latè 1190. que diffundebas. Quod manifestum fecit copiosissimus ille alumnorum numerus, ac Principum favor, quos in tui amorem & venerationem virtutum splendore attraxisti. Sim & ego hujus